Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Mora.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Moneta, vide Cambium, Debitum.

Mora, vide Debitum.

1 NOn tenetur quis ad intereſſe damni aut lucri ceſſantis ante moram, ſi de eo non fuit pactum.* *Syl.mora q.4.*

2 Obligatus ex delicto ſemper eſt in mora: qui autem ſine delicto, & non poteſt, aut difficile poteſt, aut alioqui cauſa iuſta excuſatur, putant quidam non eſſe in mora, adeoque non teneri ad intereſſe ratione moræ, niſi ex pacto, vel appoſitione pœnæ conuentionalis, ſi tali tempore non reſtitueret, aut impotentia culpa eius accidiſſet. Alij putant, qui non ſoluit tempore debito, etiam ſine culpa in mora eſſe: quæ mihi opinio videtur mercatorum vſu recepta.

* Obligatus } *Syl.l.c.q.1.*

Moroſus non tenetur reſtituere, quando res apud dominum peritura erat. *Sylu.l.c.q.4. Fum.verſ.commodatum num.7.*

MORTIS ARTICVLVS.

1 TAlis eſt qui prudentis iudicio videtur, & ſecundum quoſdam, cum quis febri continua laborat, aut eſt ætate confectus, aut iter facturus periculoſum. *Syl.verſ.Mors nu.4. Ang.ibid.numer.6.* Vide etiam *Naua.in Sum.c.2. numer.8.*

*Vide *Nau.c.2.num.9.c.26.num.31.Fu.verſ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN